

## Hortus bogoriensis descriptus

auctore J. K. Hasskarl.

Pars II. \*)

### CAPRIFOLIACEAE.

*Viburnum sambucinum* Rnwdt.

(DC. Prdr. IV. 325. 12; Miq. Flor. Ind. Bat. II. 120. 2.)

*Observ.* Folia saepe sunt utrinque acuta et hinc inde verticillata! — Maxime accedit *V. acuminatum* Will. (DC. l. c. 8. Wght. Icon. 1021.), quod differt autem: foliis subtus punctatis, multo minoribus, brevius petiolatis, ramis petiolis pedunculisque furfuraceo-squamatis, caule rarius arborescenti. — Ob flores, valde *Sambucum nigram* redolentes, primo

\*) Während meines letzten Aufenthaltes auf Java 1855 und 1856 benutzte ich alle freie Zeit, die mir bei Einführung der Chinaeultur auf Java übrig blieb, um den Inhalt des botan. Gartens zu Buitenzorg und seines Hülfsgartens zu Tjipannas zu revidiren und besonders die dort neu eingeführten und zweifelhaften Pflanzen nach lebenden Exemplaren zu untersuchen und bei denen, wo interessante Beobachtungen gemacht werden konnten oder wo die Pflanzen von den bestehenden Beschreibungen wesentliche Abweichungen zeigten, mehr oder minder ausführliche Beschreibungen zu machen. Krankheit zwang mich, diese Arbeit — wie ich hoffte, vorläufig — zu unterbrechen, bei meiner Rückkehr nach Java holte ich sie mit neuen Kräften wieder aufnehmen zu können. In Europa angelangt, gab ich unter obigem Titel diese Beobachtungen vereint mit den bereits früher auf Java veröffentlichten, doch nur in wenig Exemplaren verbreiteten Mittheilungen in Amsterdam zum Druck; von mir unabhängige Umstände verzögerten diesen lange Zeit, und endlich sah der holländische Verleger sich ansser Stand, den Druck fortsetzen zu lassen, so dass das Gedruckte als Pars I erscheinen musste. Da nun auch jetzt noch keine Aussicht besteht, dass er das Werk fortsetzen wird, so will ich hier diejenigen Beobachtungen und Beschreibungen, welche ich in jenem Jahre auf Java fertigte und welche noch nicht veröffentlicht sind, hiermit dem Drucke übergeben, bemerke jedoch, dass nur wenig an dem Manuscripte, wie es einmal bestand, verändert werden konnte, da mir keine Vergleichung desselben mit den Originalen Exemplaren und dieser mit meinen Publicationen möglich war — indem ich — meine so plötzliche dauernde Rückkehr nach dem Vaterlande nicht ahnend — keine Sammlungen für mich, sondern nur für den botanischen Garten zu Buitenzorg angelegt hatte, die mir dort ja stets zu Diensten stand. Bei Beurtheilung dieser Arbeit bitte ich daher, die erwähnten Umstände geneigtest berücksichtigen zu wollen.

Haus Buitenzorg bei Königswinter, 8. Juli 1859.

Dr. J. K. Hasskarl.

aspectu a nonnullis pro *Sambuci* specie habetur, sed habitus arboreus atque folia integra celerrime hunc errorem levant. — *Viburnis Miquelianis* (Miq. Flor. J. B. II. 121. 3—6) ramulis, foliis que inflorescentia nunquam glabris differt; — Miquel clbr. nostrae speciei corollam subtrotatam, calycisque dentes sublanceolatos acutiuseulos praebet, *V. sundaieon* (Miq. l. c. 3) cum foliis subserratis distinguendae.

*Descript.* Arbor; truncus 10,0 altus, 0,2 crassus; rami teretes cinereo-albidi, ad petiolorum insertiones vix, nisi ubi verticilli existunt, incrassati, aequabiles recti, erecti; ramuli una cum pedunculis et inflorescentia, petiolis et foliorum nervis subtus tomento denso fulvo villosulo obteeti. Petioli oppositi, nunc, sed rarius verticillatim 4-ni, pro ratione foliorum breves, 0,025—0,05 longi, teretiuseuli, superne sulcati, erecto-patentes aut patentes. Folia elliptica aut elliptico-oblonga utrinque acuta, rarius acuminata (vix attenuata Bl. DC. l. c.!) apice acutissima, coriacea integerrima ejusdem paris plerumque inaequalia, altero nunc valde minori, 0,11—0,22 longa, 0,05—0,09 lata, superne intense viridia, glabra, nitidula, plerumque muscis hepaticis copiosis obsita, subtus pallidiora, nervis secundariis cum intermedio valde prominulis adscendenti-erectis, arcuatim cum superiori suo anastomosantibus, nervum intramarginalem undulatum formantibus. Pedunculi terminales recti, 0,1 longi, solitarii aut ad apicem ramorum bini, axillares eum aut absque terminali, nunc umbellatim 4-ni, thyrsus umbelliferum compositum gerentes; thyrsi plerumque 7-radiati, 0,07 alti, 0,1 lati, ∞- & densi-flori, sambucini, albi; radii secundarii saepe corymbiferi, nunc umbelliferi; bracteae ad omnes pedunculorum divisiones caducae. Flores albidi, *Sambucum nigram* L. valde redolentes, 0,007 alti. Calycis tubus germi adnatus; limbi lacinae breves ovatae aentae, vix 0,001 langae, persistentes. Corolla glabra, calycem plus duplo superans, albida, siccando flavescens, in vivo campanulata erecta; lacinae patulae subtrotundo-ovatae, vix tertiam tubi partem longae. Stamina 5, ima tubi corollae basi inserta, erecta, longe exserta, aequalia; filamenta albida teretia stricta (siccando planiuscula, flavescencia flexuosa!); antherae lineari-oblongae, dorso medio insertae incum-

bentes, medio sulcatae utriusque leviter emarginatae; loculi oppositi, rima longitudinali dehiscentes. Germen (vid. Endl. Gen. 3340); stylus brevis trigono-pyramidatus trisuleus, apice truncatus, stigmatosus, 0,001 altus, calycis lacinias excedens. Fructus mihi desunt.

✓ **Lonicera brachypoda** DC.

(DC. Prdr. IV. 335. 34.)

*Observ.* Species haec japonica e Japonia sub nomine Kovudsi introducta est et in horto bot. Tjipannas culta lubenter flores nec autem fructus profert. — *Diagnosis* apud DC. l. c. haud plane quadrat; offero inde novam

*Diagnosis reformatam.* Fruticulus humilis erectus, paullo ramosus, innovationibus villosis; foliis ovalibus aut ovatis, apice rotundatis aut acutiusculis, mucronulo minuto apiculatis, subcoriaceis, supra excepto nervo medio glabris, nitidulis, atroviridibus, subtus glaucescentibus, in nervis puberulis; petiolo brevissimo; corymbis terminalibus oliganthis, subumbellatis, bracteatis; pedicellis 2-floris, floribus 2-nis bracteis 6 involucriatis; calycis laciniis roseis; corolla albida dein flavescens; fructibus? —

*Descript.* Fruticulus erectus vix 0,3 altus, dense foliosus, parce ramosus; rami jam e solo progredientes simplices teretes cinerascens, glabri nitiduli; innovationes cum petiolis villosopubescentes; stipulae nullae; petioli semiteretes, lati, supra marginati 0,002 vix longiores, patentirecti, villosopuberuli. Folia opposita, patentia ovalia aut ovata, apice rotundata rarissime acutiuscula, mucronulo brevi apiculata, basi rotundata 0,056—0,026 longa, 0,026—0,013 lata, primo utrinque puberula, dein supra excepto nervo medio glabrata, intense viridia nitidula, subtus glauca in nervis puberula, caeterum glabriuscula, margine integerrima, nervo medio cum secundariis pinnatis alternis, erecto-patentibus, supra exaratis, subtus valde prominulis, intra marginem curvato-anastomosantibus, venis transverse varie ramosis, reticulatum junctis; floralia minuta sed reliquis conformia 0,007—0,009 longa, 0,004—0,005 lata, subsessilia utrinque puberula, lacte viridia. Corymbi terminales brevissime 6—8-flori, subumbellati, dichotomi absque corollis vix 0,003 alti; pedunculis communes nulli; rami angulati vix 0,002 longi, virides, albido-villosi,

dichotomi cum pedicello intermedio; ramuli valde abbreviati biflori. Flores aggregati sessiles, bracteis 6 involucrati; bracteae binae inferiores oppositae lineares acuminatae, fere 0,002 longae, erectae; 4 altiores inferioribus contrariae, binae in utroque latere subrotundae virides, in margine albido-rubro ciliolatae, erectae, junctae involucrum calycis obtegens formantes, persistentes. Calycis tubus subglobosus, lacte viridis, glaber, apice paullo constrictus, totus germini adnatus; limbus 5-partitus coloratus albido-roseus, erectus; lacinae lineari-lanceolatae acuminatae, obsolete ciliolatae, tubo aequilongae, longiter persistentes 0,001 longae. Corolla gamopetala-albida, dein flavescens, infundibuliformis 0,009 longa, apice 0,007 lata; tubus teretiuseculus, ima basi leviter gibbus, 0,004 longus, erectus, intus hirsutus, extus puberulus; limbi lacinae 5, in alabastro imbricativae, sub anthesi erecto-patentes, lineari-oblongae acutae, margine undulatae, extus puberulae, intus glabrae. Stamina 5 faucibus corollae inter lacinias inserta erecta eisque alterna et paullo breviora; filamenta filiformia, basi hirsutiuscula, dein glabra, 0,004 longa albida, dein uti corolla flavescens; antherae flavae erectae lineares acutae, introrsae, dorso supra basin insertae, biloculares; loculi contigui, longitudinaliter rima dehiscens; pollen copiosum luteum subglobosum muriculatum. Germen globosum minutum 3-loculare, post anthesin calycis limbo colorato (persistenti?) coronatum; gemmulae in loculis ~ ex anguli centrali loculorum pendulae, lineari-ellipsoideae; stylus corollae longitudine (0,009), erectus, apice paullo dilatatus, albidus, dein flavescens, hirsutus, stigma subcapitatum viridiuseculum. Fructus desiderantur.

**Diacaeacarpium** Bl.

*Observ. I.* Ab Alangiaceis Lndl. (Endl. Gen. p. 1184) — quas Grisebach (Grndr. p. 131) jure forsam Caprifoliaceis adjunxit — differt genus hocce: petalis in alabastro erectis valvatis nec convolutivis, antheris potius extrorsis, connectivo crasso loculis antherarum interposito et stigmate haud dilatato. Cf. Miquel Flor. J. B. I. 773.

*Observ. II.* Decaisne, vir illustr. eumque sequens Miquel clbr. (l. c. p. 774) Diacae-

carpium Bl. (Endl. Gen. p. 745 et Sppl. III. p. 101) Marleae Rxb. (Endl. Gen. 6097) adjunxit; differt autem genus Blumeianum: petalis aestivatione valvatis nec convolutivis, filamentis haud per paria cohaerentibus, antheris haud in tubum coalitis, in alabastro tantum conglutinatis, extrorsis, loculis angustis submarginalibus connectivo lato, introrsum per totam longitudinem barbato, distinctis. Genus hoc igitur restituendum est et character genericus amplificandus et emendandus (cf. Bl. Bydr. 657. Endl. Gen. p. 745. Hsskl. Catal. p. 169. Wlp. Ann. IV. 819.)

*Charact. reformat.* Calycis tubus obconicus, germine adnatus; limbus 8-10-dentatus; corollae petala 8-10. in aestivatione recta valvata, calycis fauces inter et germinis verticem inserta, calycis laciniis alterna, linearia basi intus villosa-barbata, sub anthesi reflexa; stamina 8-10 cum petalis inserta eisque alterna, sibi valde approximata, tota autem libera; filamenta linearia crassa, in connectivum lineare continua, intus villosa-barbata; antherae liberae, in alabastro (rarius sub anthesi) conglutinatae, primo erectae, dein incurvae 2-loculares, loculis discretis submarginalibus extrorsis longitudinaliter dehiscentibus; germen seminiferum, ultra medium calyci adnatum, dein vertice hemisphaerico liberum, glabrum 2-loculare; gemmulae in loculis solitariae ex apice cavitatis pendulae; stylus cylindricus crassus germinis vertici paullo intruso insertus, subincrassatus versus apicem; stigma 4-radiatum; fructus (e Bl. l. c.) drupa baccata oblonga, nucleo compresso apice profunde emarginato 2-vel abortu 1-loculari, loculis monospermis.

✓ **Diaecaecarpium rotundifolium** Hsskl.

*Diagnos.* Arbor mediocris, ramulis petiolisque minute puberulis, foliis subrotundis aut rotundato-ovatis acutis, basi subcordatis aut rotundatis saepe inaequilateris, utrinque glabris, floribus 8-meris, corolla albido-flavescenti, paullo minori, germine majori (quam in spec. seq.)

*Observ.* Marlea begoniaefolia Rxb. Miq. Flora J. B. p. 774. 1 valde accedere videtur, sed differt: foliis acuminatis, majoribus dentate angulatis, pedunculis supra-axillaribus, subumbellatis (c. diagn. Miq. l. c.) et si quis char. gener.

*Descript.* Arbor 12,0 et paullo ultra alta, coma ovato-oblonga viridis, mensi Martio foliis delapsis nuda; rami patentes cinereo-fusci, lenticellis albidis crassis suberosis notati, subgeniculati teretes, ad petiolorum insertiones delapsorum paullo incrassato-tumidi; ramuli inferne teretes, superne obsolete angulati, juxta petiolorum insertiones stipulorum loco tumore paullo elevato oblongo notati, virides, minute denseque fulvo-puberuli; petioli basi apiceque paullo incrassati ibique intensius virides teretiusculi, supra leviter sulcati, laete virides, uti ramuli fulvo puberuli 0,013-0,039 longi. Folia alterna subrotunda aut rotundato-ovata, apice acumine brevi acuto notata, basi plerumque rotundata altero latere majori, nunc uno latere (subangustata) saepe subeordata et inaequilatera, lobo margine integerrima subundulata, utrinque laete viridia, supra glaberrima, subtus in nervis eorumque ramificationibus hinc inde pilis parce conspersa et in primis in nervorum axillis pubera, caeterum glabra, basi plerumque 5-, sub 7-nervia, nervis supra vix, subtus valde prominulis, colore albescenti conspicuis, secundariis pinnatis alternis aut suboppositis, intra marginem arcuatim anastomosantibus, venis transversis sat regulariter junctis et maculas rectangulares formantibus, venulis transversis furcatis aut vario modo ramosis reticulatis, 0,08 longa et lata aut 0,09-0,18 longa, 0,11-0,15 lata. Cymae axillares pedunculatae pendulae dichotomae, petiolo suo semper longiores, 0,065-0,08 longae, albescens, totae pube minutissimo conspersae, 15-25-florae; pedunculi teretiusculi, apicem versus subcompressi, albido-virides, 0,04 longi; rami cymae pedunculo conformes angulati, ad divisiones bracteati; bracteae triangulares acutae, minutae, vix 0,001 longae, patentes extus hirsutiusculae, albescens, deciduae; pedicelli teretiusculi albi, 0,009-0,013 longi, apice tumido-incrassati et cum flore articulati; tumor infrafloralis obsolete repandus; flores suaveolentes, sat grandes, successive evoluti. Calyx flavescenti, extus minutissime sericeo-puberulus; tubus obconicus apice truncatus, 0,003-0,004 altus, basi vix 0,002, ad fauces 0,004 latus, germine totus adnatus; limbus brevis latus patens, obsolete 5-denticulatus, post anthesi germine adpressus erectus. Corolla 8-petala albido-flavescenti, inter

limbum calycis et geminæ inserta, in alabastro valvata, basi paullo incrassata, supra basin angustata et obsolete octogono-teretiusecula, apice obtusa, viridiusecula, minute puberula; petala sub anthesi primo patentia, dein reflexa et irregulariter flexuosa, apice hinc inde conglutinata, linearia, basi paullo latiora, subconcaeva et intus sericeo villosa, caeterum intus glabra, 0,02 - 0,022 longa, vix 0,002 lata, ima basi 0,003 latiora. Stamina 8 cum petalis inserta eisque alterna, crecta, libera, conniventia, in alabastro cohaerentia, tubum formantia, 0,017 longa, ante anthesin jam pollen emittentia, stylum arete cingentia; filamenta e basi lata attenuata, linearia, in connectivum lineare rectum continua, ad antheras 0,007 longa, basi crassa concava, 0,002 lata, extus ad basin et margines, intus tota una eum connectivo sericeo-villosa; antherae biloculares, 0,013 longae acutae; loculi submarginales, magis extrorsi, jam ante anthesin longitudinaliter rima dehiscentes, membranacei; pollen copiosum flavum subgloboso-tetraëdricum conglobatum, aqua humefactum globosum granulatum 1-porosum. Germen oblongum, 0,007 longum, 0,004 crassum, ultra medium calycis tubo adnatum, vertice hemisphaerico liberum (aut potius totum calycis tubo adnatum, disco hemisphaerico crassissimo stylum arete cingenti obtectum!) glabrum, apice paullo intrusum ibique styloferum, 2-loculare; gemmulae solitariae ex apice loculorum pendulae; stylus albidus crassus teretiuseculus rectus nunc subflexuosus, apicem versus paullo incrassatus; 0,016—0,017 longus, deciduus; stigma terminale 4-radiatum. Fructus (in hort. Tjipannas, ubi lubenter arbor flores protulit, frustra exspectavi!)

✓ *Diacaecarpium tomentosum* Bl.

Synon. *Marlea tomentosa* Endl. — Miq. Flor. J. B. p. 775. 2. eum citat.

*Observat.* *Marlea* affinis Desn. (Wlp. Rprt. II. 919) differt: foliis longe acuminatis, stylo villosa, stigmate bilamellato et char. gener. — *Marlea barbata* R. Br. (ubi? ex Wlp. Ann. I. 974) vix nisi caractere generico differre videtur.

*Diagnos. reform.* Arbor mediocris, ramulis petiolis foliisque subtus molliter fulvo-tomentosis, foliis cordatis ovatis aut ovato-oblongis acuminatis inaequaliter, floribus 10-metris,

corolla lutea paullo majori, germine minori (quam in spec. antecedenti).

*Descript.* Arbor. 12,0—16,0 alta (nec frutex Miq. l. c.); truncus albescens gracilis rectus strictus; coma ovato-oblonga, mensi Martio foliis deciduis pariter ac speciei praecedentis nuda; rami cinerascens-fusci teretes subgeniculati, ad petiolorum delapsorum insertiones tumidi, lenticellis paucis albidis suberosis notati; ramuli angulati, superne subcomplanati, virides, dense pube minuta molli fulva obtecti; stipulae nullae, earum loco tumores paullo elevati oblongi decurrentes; petioli alterni patentes, basi paullo incrassati teretiuseculi, superne sulcati, toti et in primis in sulco fulvo-tomentosi, 0,009—0,021 longi. Folia cordata ovato-oblonga aut ovata, (nunc breviter) acuminata, lobis baseos rotundatis inaequalibus (nec folia semicordata aut dimidiato-cordata Miq. l. c.) 0,065 longa, 0,052 lata aut 0,18 longa, 0,11 lata, integerrima nunc hinc inde sed in ramis arborum florentium rariter) uno aut utroque latere lobata (cf. Hsskl. Catal. p. 169), ramorum luxurientium sub 3—5-angulata vel 5-lobata Miq. l. c.), juvenilia supra pube minutissima vix visibili obtecta. tacti autem mollia, subtus tomento densissimo, molli, albedo, in nervis fulvo obtecta: supra dein excepto nervo medio glabrata intense viridia, subtus undique nec autem tam dense subfulvo-tomentosa; nervis uti in antecedenti specie. Cymae axillares dichotomae, quam petioli sui longiores, erecto-patentes, cernuae, 1—15-florae; pedunculi 0,026—0,03 longi, angulati, virides, minute tomentosuli, patentissimi; bractae inferiores nunc elongatae lineares patentes 0,008 longae, superiores uti in sp. antec.; pedicelli breves patentes, supra medium saepe curvati et bracteolis minutis patentibus lutescentibus obsiti, intus ope medullae viridis faciliter a calycis basi producta distinguendi, apicem versus paullo incrassati; flores articulatum inserti suaveolentes succedanei. Calyx viridiflavescens, vix 0,002 altior, extus minute puberulus, tubus eum eo praeced. spec. congruus; limbus cupularis, exacte decemdentatus, dentibus acutis. Corollae petala 10 uti in sp. antec. inserta et valvata, 0,028 longa, 0,001 lata, lacte lutea, saepe, nec semper, per paria longiter basi apicque cohaerentia, medio plus minus distincta, sub

anthesi supra basin erectam patentia, flaccida, flexuosa. Stamina 10 (nec 8 Miq. l. c.) in alabastro in tubum conglutinata 0,022 longa, dein 0,024—0,026 longa, patentia flexuosa, caeterum anteced. spec.; filamenta 0,009 longa, crassiuscula; antherae 0,015—0,017 longae. Germen 0,005 altum, 0,003 crassum; stylus strictiusculus leviter curvatus, 0,024 longus, apice clavato-incrassatus, obsolete tetragonus; stigma obsolete 2-, sub 4-sulcum, indeque sub 4-lobum, lobis erectis vix solutis. Fructus haud vidi. *1977. Chrys. Segal*

## RUBIACEAE.

### *Rondeletia speciosa* Pxt.

(Wlp. Rprt. VI. 79 icon. citat)

*Observ. I.* A genere *Rondeletia* Plum. \*) (Endl. Gen. 3254) recedit nostra: calycis laciniis linearibus, apice paullo incrassatis, corolla fere hypocraterimorpha, ad fauces annulo aut disco lato carnosulo pervio subclausa, limbi 5—6-partiti laciniis obovato-subrotundis, basi paullo attenuatis, staminibus medio tubo corollae aut paullo altius insertis, filamentis brevibus (nec nullis!), stylo crassiusculo stricto tertiusculo apicem versus subelavatum incrassato, stigmatis lobis crassiusculis. — *Rogiera* Planch. (Wlp. Ann. II. 775) differt: corollae faucibus barbatis et annulo prominenti destitutis, filamentis setaceis, quam antherae longioribus, antheris in faucibus corollae; — *Arachnothrix* Planch. (Wlp. l. c. 776.) annulo faucium vix conspicuo, antheris versus apicem tubi subsessilibus, pubescentia plus minus arachnoidea distinctum genus.

*Observ. II.* Nostra, cujus diagnosis mihi plane est ignota, *R. odoratae* Jeq. aliquot accedit (cf. DC. Prdr. IV. 408. 15. R. & S. Syst. Veg. V. 230. 4) nec autem hujus diagnosis apud DC. nec descriptionem apud R. et S. (l. c.) quadrat, nec cum hujus nomine specifico congruit, floribus plane inodoris! Eam ob causam hoc loco dabo diagnosis novam una cum signis, quibus nostra a descriptione citata *R. odoratae* Jeq. distingui potest.

\*) Errore typographico apud Endl. l. c. Blum. loco: Plum. scripta autoritas, error in Repertorio et Annalibus Walpers semper repetitus. cf. Ann. V. p. 117.

*Diagn.* Frutex foliis coriaceis breviter petiolatis, ovatis aut ovato-oblongis acutiusculis, basi subcordatis, margine reflexo subtus concavis, supra intense viridibus nitidulis seabriusculis, subtus pallidis, ad nervos prominulos puberulis; corymbis terminalibus trichotomis multifloris, floribus 5—6-meris, extus puberulis aurantiaco-puniceis (inodoris); calycis laciniis coloratis linearibus, corollae tubi tertiam partem longis. —

*Descriptioni* R. et S. l. c. addam haec: Frutex ob corymbos copiosos laete coloratus elegans (nec inelegans!); rami dichotomi, juveniles virides rufo-villosi; folia 0,03—0,04 longa, 0,015—0,02 lata, bullata coriacea. Corymbi 0,03—0,04 alti, 0,04—0,06 lati; bracteae lineares subulatae, 0,004 longae, ad divisiones ramorum et basin calycis; calycis tubus viridis villosulus, diametro 0,002, obsolete 5—6-costatus; lacinae 5—6 lineares, apice paullo crassiores rubentes, primo erectae, in fructu dein patentissimae, 0,004—0,006 longae acuminatae, extus hirtulae. Corollae tubus sub-5—6-gonus, 0,015 longus, basi vix 0,002, apice 0,004 crassus, extus dense antrorsum puberulus, intus glaber, eodem cum limbo colore; limbi diametro 0,007 lacinae patentissimae margine excisulae revolutae glabriusculae; annulus faucium latus aurantiacus prominulus carnosulus, 0,006 diametro. Stamina ad altitudinem 0,007 tubi corollae inserta; filamenta vix 0,001 longa; antherae luteae lineares, 0,002 longae. Stylus basi albidus, ad tertiam partem puberulus, teres, rubescens, apicem versus incrassatus, 0,012 longus; stigmata subexserta, 0,002 longa. *inven. M.*

### *Hamiltonia mysorensis* W. & A.

(Wight et Arn. Prdr. I. 423. 1298. Wlp. Repert. II. 488. 1.)

*Observ. I.* Generice nostra differt (cf. Endl. Gen. 3201): staminibus haud inclusis semi-exsertis, gemmulis haud e basi erectis, sed ex apice anguli interni loculorum pendulis, capsula saepe seminibus nonnullis abortivis oligopyrena.

*Observ. II.* *H. suaveolens* Rxb. (DC. Prdr. IV. 462. 1, Don Syst. Dichl. III. 555. 1) capitulis dense umbellatis differre videtur; — si autem ad hanc *Lasianthus tubiflorus* Bl. Bydr. 999 re vera duci possit, tam certe

nulla differentia inter speciem nostram et *H. suaveolentem* reperienda erit, nam diagnosi Blumeana plane nostram plantam quadrat, nec autem haec cum diagnosi Candolleana congruit.

*Descript.* Frutex 2,0 altus, erectus ramosus; rami erecti simplices, ad apicem tantum nunc ramosi, virides, verruculis intensius viridibus, longitudinaliter linearibus, paullo prominulis ad apicem usque notati, glabri, apicem versus complanati, caeterum teretes, ima basi sublignosi. Stipulae interpetiolares, triangulares, e basi lata acutae, ramis adpressae, leviter carinatae et minute verruculoso-asperae, basi 0,006 latae, 0,005 longae, virides, glabrae persistentes vegetae; petioli breves teretiusculi, glabri, superne plani et leviter decurrenti-marginati, 0,003—0,015 longi. Folia opposita, ad basin et apicem ramorum minora, uti et in ramis floralibus, caeterum reliquis majoribus conformia, marcescentia foetida, oblonga s. ovali-lanceolata, basi attenuata acuta aut imo acuminata, infra medium latissima et longiter in apicem acuminatissimum attenuata, erecto-patentia glaberrima, exceptis margine et nervis subtus minute strigulosa, cum petiolo 0,055—0,15 longa, 0,015—0,05 lata, subcarnosula crassiuscula, supra intense viridia, papilloso-punctulata et pilis minutis raris dispersa, in nervis leviter exarata, subtus pallidiora, nervis secundariis pinnatis alternis, 5—8 ad latus utrumque erecto-patentibus albidis, marginem versus adscendenti-erectis, cum superiori suo sub angulo acutissimo confluentibus, subtus una cum nervo medio valde prominulis et strigulis minutis obtectis, venis irregulariter transversalibus prominulis, eleganter reticulatis. Inflorescentia terminalis corymboso-paniculata, trichotoma rara, 0,10—0,2 alta, 0,08—0,13 lata, foliosa; rami crueiati, divaricati, erecto-patentes trichotomi, virides subcomplanati, minute glanduloso-pilosi, pilis apice capitatis, dein emarcidis subevanidis; bractee ad basin ramorum foliiformes, sed multo minores, plerumque lineari-lanceolatae acuminatae, 0,015—0,01 longae, 0,004—0,002 latae, superne magis angustatae et diminutae, floribus arcute adpressae. Flores ad apices ramulorum dense umbellatim congesti sessiles; umbellulae 10—12-florae et ultra, basi saepe ramosae, ramulis umbellulas 5—6-floras gerentibus; brac-

teolae copiosae calycibus intermixtae, 2—3 ad basin calycis cujusque, infima paullo separata, forma laciniarum calycis, eique arcute adpressae. Calycis tubus perbrevis obovato-turbinatus, leviter 5-sulcatus, germine connatus, lacte viridis, minutissime puberulus; limbus profunde 5—6-partitus persistens erectus; lacinae lineari-subulatae, margine pilis apice crassiusculis subgloboso-capitatis obsessae et inter eos minutissime puberulae, summo apice rubenti-fuscescentes, caeterum lacte virides, tubo plus duplo longae, 0,002 longae, in fructu dein vegetae, 0,004 longae, fuscescentes, conniventes. Corolla candida sublilacina suaveolens; tubus infundibuliformis, extus pilis albidis minutissimis puberulus, fauces versus paullo inflatus, 0,012 longus, apice 0,002 latus, intus glaber et filamentis adnatis 5-striatus; limbus 4—5-partitus in alabastro valvatus, pallide lilacinus, ad fauces glaber; lacinae oblongae acutae patentis, dein subreflexae, 0,003 longae et dimidium fere latae. Stamina tot quot corollae lacinae eisque alterna ad fauces tubo inserta (aut potius basi tubi inserta, filamentis ad fauces usque ei adnatis, ibique demum liberis); filamenta brevissime libera subulata albida glabra; antherae introrsae erectae lineares, 0,002 longae, filamentis plus duplo, fere triplo, longae, semi-exsertae, albae biloculares; loculi per totam longitudinem deliscentes, aperti; pollen albidum globosum minute punctulatum, aqua humefactum globoso-tetraëdram, ad angulos 3 rimoso-porosum et mox fovillam copiosam emittens. Germen minutum obovatum, apice disco glanduloso obtectum, caeterum tubo calycis totum adnatum, 5-loculare, in massa sua cellulari raphidibus copiosis tenuissimis acicularibus foetum; gemulae in loculo quoque solitariae, ex apice anguli interni pendulae, ovato-oblongae, basi attenuatae, apice suo versus basin germinis directo, obtuso; stylus albus filiformis glaber inclusus, 0,011 longus rectus; stigmata 5 alba, primo conniventia, unum subclavatum fingentia, 0,001 paullo longiora, lineari-subulata, intus papillosa, dein patentissima. Fructus capsularis, basi bracteis bracteolisque vegetus suffultus, apice laciniis calycinis conniventibus coronatus, 0,005 longus, 0,003 crassus, ovatus, glaberrimus lucidulus, 1—3-, rarius 5-pyrenis, apice dein deliscentis. Pyrenae triquetrae

aut intus planiusculae extus concavae, carinatae 1-spermae, 0,004 longae, 0,002 latae. Semen flavescens crassiusculum, 0,002 longum, dimidium latum, basi acutiusculum; albumen parvum; embryum centrale albidum lucidulum; radícula teretiusecula tenuis acuta infera, tertiam cotyledonum candidarum partem longa. *Endl*

✓ **Mephitidia purpurea** Bl.

(DC. Prdr. IV. 454. 17.)

*Descript.* Fruticulus; ramuli glaberrimi virides lucidi, ad nodos paulo incrassati, subarticulati, internodiis 0,04—0,5 longis, virgati flexuosi; stipulae interpetiolares minutae eadueissimae, in summo apice ramulorum tantum conspiciendae triangulares acutae; petioli oppositi patentes glabri, apice subreflexi, a latere compressiusculi, superne leviter sulcati, vix 0,01 longi. Folia sterium redolentia, subcoriacea anguste oblongo-lanceolata acuminatissima, basi acuta, supra e latere utroque elevato canaliculato-concava, utrinque intense viridia, nitida, ad nervos glaberrima, 0,013 longa, 0,02 lata, supra basin margine et praecipue versus apicem obsolete repandula, nervo medio subtus valde prominulo, lateralibus a basi patenti-erectis, margini longe parallelis atque denique valde approximatis eumque fere eingentibus, venis horizontaliter transversis simplicibus aut ramosis. Flores copiosi aut ad ramulorum nodos 4—5 inferiores aggregati axillares, foliis autem delapsis nudi, stercorarii; pedunculū uniflori, strato hemisphaerico inserti ibique braeteis minutissimis caducis subulatis intermixtis, radiatim divergentes, 0,006—0,008 longi, una eum calyce atropurpurei glaberrimi, in fructu dein atrovirides erecti stricti, vix exerescentes. Calyx campanulatus parvus erectus, vix 0,002 altus et latus; tubus germi adnatus; limbus tubum vix aequans, truncatus, vix obsolete 5-denticulatus. Corolla infundibuliformis 4-fida, 0,01 longa, 0,002—0,003 crassa, aestivatione valvata, sublilacina, extus glaberrima, intus pilis albidis patentibus fereata, lacinae acutae, sub apice leviter concavae. Stamina infra corollae fauces inserta, laciniis corollinis alterna et minora; filamenta subnulla; antherae introrsae erectae albae oblongae 2-loculares, utrinque leviter emarginatae; loculi apppositi introrsum longitudinaliter rima

dehiscentes. Germen minutum, disco erassissimo, quam limbus calycis subaltiori oblectum, 4-loculare; gemmulae in loculis solitariae; stylus basi a disco erasso epigyno arete cinctus, teres glaber, lilacinus, apicem versus albidus et paulo incrassatus, 0,008 longus; stigmata 4 inter antheras recepta, albida lineari-subulata, papillosa, fere 0,002 longa, conniventia dein patentia. Drupa pisiformis carnosae umbonata, disco epigyno inter limbum perbreve vegetum calycis prominulo et intus exsculpto oblecta, primo viridis, dein purpurascens 4-pyrena, diametro 0,006; pyrenae triquetrae coriaceae 1-spermae. Semina subteretia erecta nunc compressiuscula. *Juss*

✓ **Bouvardia splendens** Hook.

(Wlp. Rprt. II. 507. 5.)

*Observ. I.* Charact. gener. Endl. Gen. 3265 paulo mutandus: calycis tubus turbidatus, a latere utroque subcompressus; germen 2—3-loculare; stigma 2—3-partitum, capsula 2—3-locularis.

*Observ. II.* B. Jacquini DC. (Prdr. IV. 365. 5) differt: ramulis trigonis, foliis subtus hirtellis, supra glabriusculis (excepto β) oblongis; — B. scabrida Mart. Gal. (Wlp. Rprt. VI. 622) diff.: foliis margine revolutis subtus dense pubescenti-villosis canescentibus. Diagnosis l. s. cit. (Wlp.) differt ramis trigonis subglabris.

*Descript.* Herba hū humilis, erecta, 0,3 alta, simplex aut apice fastigiato-ramosa; caulis ramique teretiuseculi (nec trigoni!) ex insertione foliorum lineis paulo elevatis rubentibus notati, minute sed dense puberuli (nec subglabri!); ramuli teretes inter lineas paulo magis elevatas ciliolatas sulcati, dense puberuli. Folia terna, ramosum saepe (nec semper) opposita, oblongo-lanceolata, 0,04—0,055 longa, 0,013—0,015 lata, herbaea crassiuscula plana nec margine revoluta, supra intense viridia nitidula, subtus glaucescentia, utrinque praecipue autem pilis aut potius muriculis minutissimis acutissimis reetis patentibus, nudo oculo vix visibilibus scabriuscula, margine hinc sabrida, acuminata basi acuta, in petiolum brevem 0,002 longum attenuata; ramorum 0,03—0,02 longa, 0,008—0,004 lata, solis radiis exposita saepe fuscescenti-purpurea. Stipulae 3 inter petiolos vaginam

formantes, subulatae, supra basin utrinque setam minutam gerentes, 0,003 longae. Bracteae tenuissimae minutae subulatae, vix 0,001 longiores, caducae. Calycis tubus (cf. supr. Obs. I.) 0,002 longus, 0,003 fere latus; limbi lacinae inaequilongae 0,005—0,0035 longae, virides erectae, supra fructum patentes, denticulis interjectis minutis diversae magnitudinis, nunc deficientibus, pallide flavescens. Corolla 0,02 longa, coecinea extus papilloso-puberula; tubus tetragonus, basi attenuatus, intus albidus, 0,005 supra basin albido-barbatus; limbi lacinae ovatae acutae, 0,003 longae, 0,002 latae. Antherae subsessiles, dorso medio insertae, lineares biloculares, pallide flavescens; loculi longitudinaliter dehiscens, dein valde aperti; pollen copiosum flavescens. Germen (vid. supr. Observ. I.); stylus teres filiformis albidus; stigma coccineum subexsertum 2—3 partitum, laciniis linearibus subclavatis, intus papilloso, conniventibus. Fructus in speciminibus nostris — in horto Tjipannas altitudine 1100,0 s. m. cultis — omnes steriles evadunt.

## SYNANTHEREAE.

### *Erechtites valerianaefolia* DC.

(DC. Prdr. VI. 295. 3. Miq. Flor. J. B. II. p. 97. 3.)

*Observ.* Involuerum — cf. DC. l. c. Endl. Gen. 2790 — vix uniseriale dicendum sed 2—3-seriale, imbricatum, gamophyllum fngens e foliolis exterioribus angustioribus margines interiorum obtegentibus. — An hue pertinet *E. organensis* Grdn. Wlp. Ann. II. 906. 2, quae forsitan forma senilis aut apex plantae descriptus pro tota planta! —

*Descript.* Herbae annuae robustae — sua sponte\*) e seminibus fortuiter cum seminibus *Coffeae* e *Brasilia* allatis enatae, nunc ad altitudinem 1000,0—1500,0 s. m. vilissimae et ab incolis Bostrok dictae, vox, nescio qua ratione, derivata a voce nederlandica borstrok i. e. subucula, — 1,5—2,5 altae, nunc simplices, ad apicem tantum paniculatim ramosae, nunc seniles a basi fere paniculatim ramosae, glabriusculae odore aromatica foc-

tentes, prima juventute subsericeae. Caulis longitudinaliter multi-sulcatus robustus, viridis, 0,025 et ultra crassus. Folia alterna petiolata patentia profundissime pinnatifida aut pinnato-partita, inferiora cum petiolo 0,07—0,06 longo 0,2—0,4 longa, ad medium 0,10—0,15 lata, laciniis in rachi communi et petiolo basi semiamplexicauli caudiculatis dorso costatis decurrentibus oblongo-lanceolatis inaequilateris, pinnatifido-incisis 0,07—0,05 longis, 0,03—0,02 latis acuminatis, summis cum terminali confluentibus, lobis acutis aut acuminatis, superiora, petiolo sensim sensimque breviora suffulta, laciniis conformibus sed multo minoribus et angustioribus 0,12—0,06 longa et 0,06—0,03 lata, floralia subsessilia, laciniis linearibus aut ultius plane deficientibus linearia in bracteas transeuntia, omnia glabra, hinc inde et praesertim inferiora supra verruculoso-asperula, subtus glaucescentia. Bracteae ad basin ramorum floriferorum aut pedunculorum filiformes subulatae, sensim diminutae 0,03—0,005 longae, sensim in phylla calyculi capituli transeuntis. — Capitula discoidea; multiflora ad apicem ramorum corymbum formantia, heterogama. Involucra viridia glabra basi tumida, supra basin cylindrica, basi phyllis 10 linearibus biserialibus subuliformibus, 0,001 longis, adpressis calyculata; foliola involucri 16 2—3-seriata arete sibi adpressa, fere conglutinata (involucrum gamophyllum fugentia) viridia, interiora exterioribus duplo latiora, margine membranaceo hyalino cincta 0,01 longa, 0,002 lata, interiora paulo minoria, 0,009 longa, 0,001 lata, apice omnia paulo patentia. Flores exteriores feminei tenuiores, caeterum interioribus  $\infty$  conformes, receptaculo plano, nudo, leviter areolato inserti. Calycis limbus (pappus aut.) in pilos plurimos, imo basi in cupulam connatos et ibi albescens solutus, lilacinos, sericantes, erectos, apicem versus intensius coloratos, minute serrato-scabridos, tubo corollae breviores, 0,008 longos, uniseriatis. Corolla omnium florum infundibuliformis, apice 5-fida, 0,009 longa; lacinae oblongae acutae subreflexae florum hermaphroditorum magis, femineorum minus papillosoe. Antherae ecaudatae purpureae; pollen echinulatum. Germina teretiuscula 10-costata (e calycis tubo costato arete adnato) in costis sericeo-puberula, flavescenti-

\*) Cf. Hsskl. in Verflag. u. Verhandel. d. Nederl. Koningl. Akad. V. p. 100; — Flora od. Bot. Ztg. 1858 p. 759.

viridula, 0,002 longa; stylus filiformis, lilacinus, basi albidus, apice intensius coloratus, bifidus; lacinae demum exsertae, reflexo-patentes; semicirculum formantes, semiteretes, superne planae a basi ad apicem truncatum per totam latitudinem minute papillis albidis obsessae, apice truncatae et papilloso-ciliatae, ultra ciliis in conum brevem papillosum productae, subtus apicem versus pariter papillis nonnullis, lilacinis et hyalinis praeditae. Fructus: involucri foliola primo patentia, dein reflexa, deorsum conniventia, pedunculum occultantia, viridia albido-marginata lucidula; receptaculum plano-convexum, diametro 0,003, primo alveolatum, punctis insertionis florum dein papilloso-prominulis rotundis, conum brevem truncatum sistentibus, apice albidum ad latus fusciscentem; achaenia lineari-oblonga tenuia recta subcurvata, crassitiem suam decies superantia, 0,003 longa, flavescens, 10-costata, apice paullo attenuata teretiuscula truncata et summo apice paullo dilatata, costis subaequalibus glabris; pappus tenuissime mollis 0,01 et ultra longus, basi pallidus apicem versus intensius coloratus roseo-lilacinus, minute sed acute serratus, serraturis erecto-patentibus nunc oppositis nunc alternis. *Brazil*

**Senecio Petasites DC.**

(DC. Prdr. VI. 431.)

*Observat.* Inter Genera Euseneceionearum (DC. l. c. 298) stigmatibus exappendiculatis, pilis calycis (pappi) serrato-scabris et receptaculo alveolato differunt a nostra specie: *Ligularia* Cass. (Endl. Gen. 2799) receptaculo plano, stigmatibus cono brevissimo superatis (e Wlp. Rpt. VI. 252. secundum Schltz. Bip. genus hoc cum *Senecione* est conjungendum!) sed *Senecio* Less. (Endl. Gen. 2811) ipse stigmata apice penicillata praebet pilosque calycis vix scabros, flores radii ♀; — *Arnica* L. (Endl. Gen. 2800) involuero campanulato biseriato, receptaculo fimbriifero, pilis calycis barbellato-scabris. — Nostra species autem signa sequentia praebet charact. generici: Flores radii saepe vix ligulati, majores tubulosi, haud semper fissi, ♀, antheris tenuibus nec semper effoetis; disci tubulosi, supra calycis limbum subito latiores 5-fidi, laciniis revolutis; stigmatibus inclusis truncatis semiteretibus, vix patentibus,

intus laevibus, extus ad apicem et in apice ipso papillosis (nec appendiculatis! nec hispidis nec cono imposito praeditis, nec penicillatis!); antheris apice acuminatis vacuis, basi brevissime sagittato-bilobis (nec caudatis); calycis limbi corollae tubum dimidium aequantibus, albidis strictis, serrato-scabris; achaenia teretiuscula, basi attenuata, ∞-sulcata; receptaculum alveolatum, alveolis margine 5-denticulato obsolete praeditis; involucrium cylindricum, vix calyculatum sub 1-seriale, foliolis margine sese imbricantibus et in parte tecta tenuioribus 8–9, omnibus acuminatis, foliolis accessoriis 4–5 distantibus in pedicello dispersis minutis. —

*Observ. II.* Differunt: *Senecio Forsteri* Schlecht. (DC. Prdr. VI. 373. 179) caule et corymbo oligocephalo, et forsitan foliis minus profunde lobatis; — *S. Schumannianus* S. Schau. (Wlp. Ann. I. 427. 8) caule fruticoso angulato, foliis breviter petiolatis angulatis (nec lobatis!) basi rotundatis, involucrio calyculato 12–15-phylo, foliolis obtusis. — A Diagnosi *S. Petasitis* l. c. data differt nostra: caule herbaceo perenni, foliis 7–11-lobis, superioribus (haud subcordatis!) in petiolum longiter decurrentibus, summis ovatis aut ovato-oblongis, sessilibus vix sinuatis aut angulatis.

*Descript.* Herbae 4, 2,0–3,0 altae, robustae; caules caespitosi erecti teretes virides stricti, subgeniculati, longe simplices, apicem versus tantum ramosi, ramis floriferis; basi 0,015 crassi, lacte virides, pube minuta densa canescenti nunc viscidula obtecti (nec tomentosi!), apicem versus aut ramelli una cum petiolis purpurascens et minute canotomentosi. Petioli teretiusculi patentibus, aut patenti-erecti, supra versus laminae insertionem anguste et leviter sulcati, basin versus paullo dilatati et sulcati, 0,15–0,22 longi, 0,015–0,017 crassi. Folia diversiformia; radicalia desunt; caulina subrotunda, basi truncata aut subcordata, sub-7-nervia, inaequilatera, plerumque sinuato-9–11-loba, lobis acutis, infimis multo minoribus aut obsolete, 0,15–0,25 longa, 0,18–0,25 lata, latitudine longitudinem saepe excedenti; summa (caulina) subrotundo-ovata aut obovata, ad basin petioli 0,08–0,02 longi sulcati indeque late marginati decurrentia, 0,16–0,13 longa et lata, saepe paullo latiora, plerumque si-

nnato-11-loba; ramea subrotundo-ovata aut ovata sessilia, obtusius 9-loba, 0,13—0,15 longa, 0,11—0,09 lata; altiora sessilia ovato-oblonga, obtuse vix sinuata aut integra, 0,10—0,06 longa, 0,07—0,04 lata; ramulorum nunc subrotunda obsolete 5—7-angulata, basi in petiolum 0,02—0,025 longum marginatum sulcatum attenuata, 0,06—0,065 longa et lata et saepe latiora, omnia herbacea, crassiuscula, supra intense viridia, nervis purpurascens percursa, velutina, ad margines nunc purpurascens-ciliolata et denticulis minutis callosis praedita, subtus dense tomentosa glauca, nervis validis pallide viridibus percursa et reticulata. Paniculae corymbosae grandes, prima evolutione valde foliosae (aut bracteatae), 0,3 altae et saepe latiores; rami patentissimi teretes glutinoso-puberuli subtomentosi, inferiores longiores solis radiis plerumque rubentes, superiores sensim minores; ramuli ultimi cymoso-fastigiati; bracteae e foliis mutatis decrescentibus sensim minutae lineari-oblongae, sub pedicellis lineari-subulatae adpressae, 0,003—0,004 longae; pedicelli teretes apice paulo incrassati, 0,02—0,015 longi. Capitula 0,015 longa, 0,005 crassa; involucrium (vid. uti de partibus florum sequentibus supra Observat. I.) viridi-purpurascens, dense imbricatum, quasi gamophyllum, floribus paulo brevius; foliola medio dorso crassiuscula et velutina, margine et apice membranacea glaberrima, rarius unum alterumve totum internum glaberrimum; receptaculum primo alveolatum, dein sub fructu maturo mamillatum convexum. Calycis limbus 0,004—0,005 longus, postremo deciduus; tubus germi adnatus, 0,002 longus, sulcatus, glabriusculus. Corollae tubus basi angustatus, supra calycis limbum subito inflatus campanulato-tubulosus, radii irregulariter fissus et fere bilabiatus, cum limbo leviter 3-dentato 0,008 longus, vix 0,003 latus, aureus; disci limbus regulariter 5-fidus; lacinae angustae revolutae, 0,0015 longae. Antherae exsertae. Stigmata inclusa. Achaenia 0,004 longa, apice truncata, badio-fusca costata.

## LOBELIACEAE.

*Piddingtonia cyanocarpa* Hsskl.

*Observ. I.* A caractere generico (DC.

Prdr. VII. 341) recedit nostra: calycis tubo superne haud angustato, tubo corollae solum ad inferiorem tertiam partem usque (nec ad basin! cf. l. c. p. 340 not. ad tribum) fissio et (\*) laciniis aequabiliter dispositis. — Herba dein est erecta, foliis haud cordatis! —

*Observ. II.* *Lobelia montana* Bl. (DC. l. c. 386. 170.), *Pratia montana* Hsskl. (Wlp. Rprt. VI. 373. 9.) differt: caule procumbente, corollae laciniis apice cohaerentibus, bacca atrosanguinea (minori?).

*Diagn.* Herba erecta ramosa glabra, foliis oblongo-lanceolatis acuminatissimis, supra basin attenuatam et integram mucronulato-serratis, pedunculis axillaribus folio suo multo, fructifero dein duplo triplove brevioribus unifloris, corolla lilacina, dorso haud ad basin fissa, tubo intus dense puberulo, bacca subglobosa cyanea, laciniis calycinis vegetis viridibus coronata. —

*Descript.* Herbae annuae erectae glaberrimae lacte virides — ad pedem montis Têlaga boddas frequentes, mensibusque Junio ad Septembrem fructus floresque gerentes — nunc simplices, nunc a basi ramosae 0,78—0,94 altae. Caulis teretiusculus fistulosus (siccando saepe angularis) ad foliorum insertiones paulo incrassatus flexuosus. Folia alterna oblongo-lanceolata acuminatissima, rarius tantum acuminata, basi in petiolum brevem superne sulcatum basi subamplexicaulem et obsolete decurrentem attenuata, cum co 0,09—0,12 longa, 0,03—0,04 lata, ramulorum 0,05 longa, 0,015 lata, margine acute serrata, basin versus tantum integra, serraturis plus minus longe mucronulatis. Pedunculi axillares solitarii sub anthesi uniflori erecti, vix 0,013 excedentes, sub fructu dein 0,026—0,039 longi, erecti aut nutantes, teretes virides. Braectae nullae. Calyx viridis glaber; tubus hemisphaericus, 0,002 altus 0,003 ad fauces latus; limbus 5-partitus, quam tubus longior; lacinae lineares acuminatae erectae aut erecto-patentes, aequabiliter dispositae, 0,005—0,007 longae, lacte virides, persistentes vegetatae nec auctae fructum dein coronantes. Corolla 0,015 longa, lilacina (?) bilabiata\*),

\*) Rectius corolla dici possit unilabiata, limbo 5-fido, laciniis biuis superioribus marginalibus labium superius, inferioribus 3 intermediis inferius fingentibus.

dorso longitudinaliter fissa ad partem basalem integram 0,003—0,004 longam, extus glaberrima intus et in primis versus fauces et ad labium interius albido-villosa. Labii superioris lacinae binae lineares, subulatae flexuosae subundulatae, inferiori multo longiores, 0,008 longae, erectae, conniventes, inferioris patentis 3-partiti aequales ovato-oblongae apice subulato-appendiculatae, margine crispulae 0,004 longae, subulis flexuosis. Stamina 5, ima basi corollae inserta, excepta basi tota in tubum erectum exsertum 0,013 longum leviter sigmoideum connata; filamenta ima basi libera, apicem versus angustata, indeque tubus sensim ad antheras usque constrictus 0,010 longus; antherae pariter totae in tubum lilacinum connatae, 0,003 longum, antrorsum paullo curvatum, singulae albido-ciliolatae et binae inferiores apice albido-penicillatae, pilis erectis 0,001—0,0015 longis, saepe conglutinatis et setas binas rigidas mentientibus, biloculatae, introrsum dehiscentes; pollen copiosum flavescenti-albidum, ellipsoideum sulco longitudinali notatum, caeterum laeve. Germen calyci adnatum vertice liberum glabrum laeve, biloculare, paullo vesicosum; dissepimentum tenuissimum membranaceum; placentae crassae semiorbiculares virides, dissepimento utrinque peltatim insertae, totae gemmulis horizontalibus minutis copiosissimis obtectae; stylus in tubo stamineo totus cum stigmate inclusus, 0,013 longus, teres glaber albidus; stigma incurvum conicum, dein bilobum, basi pilis albidis papillosis, annulum latum formantibus cinctum. Bacca globosa cyanea glabra, apice laciniis calycinis vegetis viridibus coronata, biloculata; pericarpium et dissepimentum tenuia membranacea; placentae erassae carnosae, baccam totam explentes, extrorsum cyaneae, intus albescens, totae seminibus copiosis obtectae. Stamina minuta ovoidea complanata fusciscentia nitidula glaberrima.

✓ *Piddingtonia nummularia* A. DC.

(DC. Prdr. VII. 341. 1.)

*Observ. I.* Char. gen. l. c. paullo mutandus erit. Calycis tubus ovato-oblongus, a latere compressiusculus 10-costatus, superne paullo angustatus, limbi laciniis lineari-subulatis aequalibus patentissimis (superioribus haud approximatis); corollae lacinae labii inferioris

lineari-oblongae acutae (nec ovatae acutae) eis superioris paullo breviores, antherae 2—1 inferiores seta solitaria terminatae, bacca obovato-globosa; cf. Hsskl. Cat. p. 106. not.

*Observ. II.* Specimina nostra — ad pedem montis Gedeh altitudine circiter 1300,0 lecta — pedunculos plerumque folio suo eum petiolo longiores, lacinias calycinas haud purpurascens sed (et in fructu maturo) virides, utrinque 3-denticulatas praebet.

*Descript.* Caules et petioli purpurascens cano-puberuli; — folia diametro 0,01—0,023, laete viridia, subtus pallidiora, petiolis 0,005 longis horizontaliter imposita; pedunculi erecti, basi purpurei, apicem versus viridescens, glaberrimi 0,01—0,03 longi. Calyx totus viridis; tubus 10-costatus aut 10-sulcatus, 0,007 longus, 0,004 latus, 0,002 crassus; limbi lacinae basi erectae dein patentissimae, 0,005 longae, basi 0,001 latae utrinque 3-dentatae subaequales, in fructu subconniventes. Corolla purpurascens, basin versus (tubus) viridi-albescens, 0,008 longa; lacinae labii superioris pallidiores lilacinae, 0,006 longae suberectae conniventes 0,0015 latae, inferioris lineari-oblongae, 0,005 longae, 0,002 latae, margine dein involutae (siccando) ima basi intensius coloratae, tubus intus pilosulus. Filamenta erecta basi viridia, supra basin apicem versus sensim incrassata et purpurascens, apiceque plus minus inter se cohaerentia, inferna bina ad medium puberula, 0,005 longa, apice fere 0,001 lata; tubus antherarum ovato-oblongus, cinereo-coeruleus, pilis albidis minutis hinc inde obsessus, apice leviter fornicatus, ex antheris superioribus paullo longioribus incurvis, 0,0015 longus; antherae binae inferiores minores et pilo solitario albido patenti munita additis nunc minutissimis pilis basilibus. Stigma intra antherarum tubum reconditum, viride bilabiatum, primo conglutinatum, dein patens; stylus viridis glaber. Bacca 0,01 longa, 0,008 lata et 0,005 crassa (cf. Hsskl. Catal. l. c.) *Herb. de Sib.*

✓ *Isolobus caespitosus* Hsskl.

*Synon.* *Lobelia caespitosa* Bl. DC. Prdr. VII. 366. 51.

*Observ. I.* Corolla superne fissa unilabiata, lacinae omnes patentes in eadem planitie, binae superiores paullo profundius

fissae et angustiores imoque longiores — Isolobum A. DC. (l. e. 352) plane referentes, labio superiore haud erecto Lobeliae (Rapun-tico DC. l. e. 257) aliena species.

*Observ. II.* Diagnosis l. e. mutanda est: Caulis teres, subterraneus stolonifer et hinc inde densissime ramos erectos et radices verticales albidos emittens; rami dein diffusi procumbentes radicanes; ramuli dense caespitosi erecti, summo apice e foliis subdistiche dispositis decurrentibus 2-suleati (nec tetragoni). Folia sessilia plerumque ovata aut ovato-oblonga, omnia plus minus repando-dentata.

*Descript.* Herbae vilissimae — ad pedem montis Gedeh altitudine 1300,0 s. m. e qua- que caulis subterranei parte celerime pro- gredientes et solum totum obtegentes — 0,08—0,10 altae, dense caespitosae glaber- imae, laete virides. Caulis subterraneus horizontalis prorepens (stolones emittens) al- bidus teres, hinc inde inerassatus et densis- sime ramos 4—20 rectos caespitosos albidos teretes et deorsum radices consimiles albidas perpendiculares emittens. Rami erecti sub- terranei ad 0,02 longitudinem superficiem soli attingunt, viridescunt et mox supra solum sese procumbunt, ramosissimi repentes flexuosi te- retes, rarius per aliquot tempus simplices erecti floriferi remanent. Ramuli erecti de- biles caespitosi, laete virides, superne e foliis decurrentibus subdistiche sibi oppositis leviter bisuleati, 0,06—0,08 longi, vix 0,001 cras- sitie excedentes. Foliatio alterna subdisticha; petioli nunc subnulli, nunc brevissimi 0,001—0,002 longi semiteretes patentiusculi. Folia ramuli cujusque infima et summa mi- nora, intermedia maxima, membranacea car- nosula, lucidula, ovata aut ovato-oblonga, obtusa aut vix acutiuscula, basi subcordata aut ro- tundata, margine plus minus (in omnibus) repando-dentata 0,02—0,015 longa, 0,01—0,008 lata, aut 0,01 longa, 0,007 lata aut 0,008 longa, 0,004 lata, patentia plana, basin versus sub- integerrima, nervis venisque, excepto nervo medio subtus leviter prominulo, immersis. Pedunculi in ramulo quoque ad medium ejus axillares solitarii uniflori, 0,025—0,03 longi, erecti flexuosi aut rectiusculi virides teretes, apice in calycem sensim transeuntes. Bractae nullae. Calyx viridis glaber- rimus; tubus turbinatus 0,003—0,004 longus,

ad fauces 0,002 latus, germiui totus adnatus; limbi lacinae erectae aut erecto-patentes lineari-lanceolatae acuminatae, margine utroque obsolete 1—2-denticulatae, nunc integerrimae, 0,0025 longae, ima basi vix 0,001 latae, dein in fructu persistentes conniventes, longiter ve- getae. Corollae tubus superne ad basin fissus, caeterum (in alabastro) campanulatus, obsolete pentagonus, extus purpurascens gla- berrimus, intus puberulus, 0,004 longus, 0,002 crassus; limbus in alabastro cylindrico-co- nicus subincurvatus acutus, 0,005 longus, 5- partitus; lacinae sub anthesi horizontaliter patentes, limbum hypocraterimorphum red- dentes, binae superiores paullo profundius fissae, angustiores et intensius coloratae, lila- cinae, lineares acuminatae 0,007 longae, 0,002 vix latae; inferiores 3 lineari-oblongae acu- minatae, 0,006 longae, 0,002 latae, albidae, ad fauces inter lacinias laterales et interme- dium (aut potius inter intermedias et infe- riorem) glandulis viridibus notatae. Stamina ima corollae basi inserta; filamenta basi tenuia, viridia, ad medium pilosula, libera, superne purpurascencia connata glabra; an- therarum tubus idem ac speciei antee- dentis. Germen biloculare, tubo calycis ad- natum, vertice liberum; stylus filiformis erectus viridis, ad medium pilosulus; stigma bilobum, primo intra tubum antherarum in- clusum, labiis conniventibus, dein exsertum labiis divergentibus. Fructus? *eloni c. h. s. c.*

#### *Isotoma runcinata* Hsskl.

*Observ.* I. longiflora Prsl., — quo sub nomine ex horto quodam europaeo ad hort. bot. bog. fuit missa, — differt secundum A. DC. (Prdr. VII. 413, 1): foliis lanceolatis acutis dentatis, lobis calycinis acutis, tubo corollae calycino laciniis 4-ter longiori, laciniis corollae lanceolatis et seminibus globosis; secundum G. Don (Hist. Diehl. III. 717): foliis obovato- lanceolatis grosse dentatis et habitu humiliori, 0,3 alto. — Nostra ad I. senecioidem A. DC. (l. e. 412, 3) aliquot accedit et sectionem utramque generis conjungit.

*Diagnos.* Herbae perennes, foliis lineari- lanceolatis acuminatis runcinatis, inter lobos denticulatis; tubo corollae calycis laciniis 4-plo longioribus, seminibus ovoideis.

*Descript.* Herbae perennes in horto Tjipannas, 1100,0 s. m. altitudine uberius quam

in hort. bogoriensi vegetantes et semper fere floribus suaveolentibus grandibus fructibusque obtectae, — robustae, basi decumbentes, dein erectae aut nunc totae erectae, suco lacteo, aëri exposito, mox flavescenti, foetae 0,63—1,0 altae et altiores, minute puberulae, in foliis dein glabratae — in hort. bog. cultae magis puberulae. Caules herbacei, virides superne rubentes, teretes, lineis binis e basi foliorum decurrentibus valde prominulis subangulati, 0,009—0,013 crassi, plerumque simplices, nunc apice in ramos 2—3 divisi, pube minuta alba nunc densa, nunc in uberioribus valde parca obtecti. Folia copiosa sparsa, in inferiori caulis florentis parte jam emarcescenda et decidua, ad apicem caulis aut florentis, aut nondum florentis semper dense congesta, omnia aequalia lineari-lanceolata acuminata, basin versus angustata, sinuato-runcinato-dentata et inter dentes denticulis muriculatis copiosis obsita, 0,08—0,16 longa, 0,007—0,015 lata, lobis lateralibus patentibus acuminatis, 0,002—0,009 longis, saepe pariter muriculatis, herbaeae, crassiuscula, utrinque laete viridia, lucidula, subtus pallidiora, margine plerumque elevato subcanaliculata, utrinque in nervo medio albedo, subtus valde prominulo, puberula, caeterum glabriuscula, nervis secundariis copiosis pinnatis alternis aut suboppositis, fere concoloribus, erecto-patentibus, marginem versus furcatis, ramo altero in lobos laterales percurrenti, altero ascendenti cum superiori anastomosanti, caeterum venis reticulatis junctis. Flores axillares, solitarii, erecti, foliis suis paullo breviores, candidi; pedunculi breves, ima folii sui basi adnati, 0,004—0,007 longi, teretes rubentes, dense puberuli, post anthesin reflexi, paullo aucti, indeque fructus penduli. Calyx erectus; tubus turbinatus 5-gonus, 0,009 altus, vertice 0,007—0,008 latus, nervis valde prominulis 10-eostatus, germine totus adnatus viridis puberulus imprimis in nervis; nervis in limbi laciniis percurrentibus, 5 minoribus dimidiatis hunc haud attingentibus; limbus 5-partitus erectus; lacinae lineares acuminatae rubenti-muriculato-serrulatae, tubo multo longiores, 0,013—0,016 longae, basi 0,002 latae, persistentes vegetae, dein fructus verticem liberum ambientes cumque coronantes. Corollae alabastrum viridi-albidum subelavatum, apice 5-angulare, pyramidatum valvatum; tubus elongatus, 0,065

longus, vix 0,004 crassus, obsolete 5-gonus, minute puberulus, flaccus, flexuosus, rarius strictus rectus, intus vix puberulus, post anthesin persistens, marcescens flexuosus; limbus suaveolens patens candidus 5-partitus; lacinae candidae lineari-lanceolatae, acuminatae, apice roscae, margine undulatae, supra glaberrimae, subtus puberulae persistentes, 0,02—0,022 longae, 0,004 latae. Stamina corollae tubo paullo infra fauces inserta, persistentia marcescentia; filamenta in tubum corollae decurrentia (aut potius ei adnata cum tubo inserta), parte libera 0,009 longa, ima basi libera, mox in tubum, apice paullo clavato-incrassatum, exsertum, leviter 5-sulcum connata, glabra; antherae anteriores breviores, posteriores longiores fornicatae, omnes apice aequaliter albedoque hirsute barbatae, in tubum subcurvatum viridi-albidum glabrum 10-sulcatum connatae, orificio tubi hujus verticali, dein a stigmate pertusi; pollen albidum copiosum oblongum, utrinque obtusum, primo adpectu sulco longitudinali notatum, sed granulis erectis facile sulci 3 longitudinales conspiciendi, ita ut 3-coecum adpareat. Germen excepto vertice plano, medio conico-elevato et a lateribus complanato, in stylum transeunte, glabro, viridi, nitido, totum cum calycis tubo connatum biloculare, vesicosobullatum; dissepimentum membranaceum albidum; placentae binae sectioni transversali reniformi-sublunatae, stipiti brevi crassissimo dissepimento utrinque insertae (aut potius laminae binae dissepimenti medium versus divergentes et placentes forma jam dicta vestientes); gemmulae  $\infty$  undique placentas obtegentes, horizontaliter insertae albae nitidulae ovoideae; stylus ima basi dilatatus complanatus viridis, teres albidus, in tubo corollae et apice staminum totus receptus, glaber, flexuosus debilis, ad apicem paullo incrassatus incurvus viridiusculus; stigma terminale, plerumque inclusum, dein exsertum bilabiatum, labiis extus papillois, primo inflexis, stigma clavato-globosum fingentibus, intus glabris, viridibus extus annulo pilorum albidorum densissimorum cinetum. Capsula pendula, calycis limbo vegeto persistenti nec aucto, verticem cingenti coronata et corolla emarcescenda persistenti, basi irregulariter fissa obsessa, complanato-turbinata, glabra viridis inflata, 0,015 ad verticem alta, ibique 0,009—

0,007 lata et crassa, in vertice libero tantum complanato apiculato viridi, 0,007 alto, dein hoc fissio bivalvis, dein totae cum placentis et calycis limbo marcescenti persistentes; valvae septiferae; placentae candidae carnosulae angulatae. Semina  $\infty$  ovoidea, primo flavescencia, dein plumbeo-nigrescentia, nitidula, umbellata acutiuscula, minuta, exsculpte punctulata, 0,0007 longa, 0,0005 crassa.

(Fortsetzung folgt.)

### Aroideologisches.

Als Loureiro in der Flora Cochinchinensis sein *Arum Indicum* bekannt gab, dachte er sicherlich nicht, dass dasselbe in späterer Zeit der „*Ara Indica*“ so viele zur Folge haben würde.

Es unterliegt zwar keinem Zweifel, dass die kurze Definition, welche er angewendet, so wie die kurze Beschreibung, die von seiner Pflanze in angeführten Werke folgt, für das heutige Materiale beinahe unzureichend befunden werden muss, indessen kommen doch einige Worte dort vor, die, wenn sie wohlwogen und rechtzeitig wären in Anschlag gebracht worden, nimmer eine so grelle Verwirrung hätten aufkommen lassen können.

Wir kennen jetzt wenigstens vier verschiedene sogenannte *Ara Indica* (nun mit neueren Gattungsnamen bezeichnet), von denen eine einzige, aber bisher nicht genau erkannte, das wahre *Arum Indicum Loureiri* bedeuten dürfte.

Roxburgh nach der Flora Indica Vol. III. p. 498. 1832 und auch Wight III. t. 794 glaubten in ihrem *Arum Indicum* jenes von Loureiro früher benannte wiedererkennen zu können, allein wenigleich die Beschreibung oder Abbildung der Tracht und des Blattes beider Autoren dem *Arum Indicum Lour.* angepasst werden möchte, so spricht das „*Spathae parvae*“, wie der „*Spadix . . . . baccis . . . . pallidis, parvis*“ des Loureiro zu sehr dagegen.

Wenn nun auch die Darstellung der Pflanze im verjüngten Massstabe auf Wight's Tafel allenfalls zur Annahme von *spathis parvis* verführen könnte, so ist doch die auf derselben Tafel in Naturgrösse angegebene *spatha* von 10 Zoll Länge nicht geeignet, in ihr nur eine

kleine Kolbenhülle wahrnehmen zu lassen. Zudem sind hier und auch in Roxburgh's Beschreibung nur *ovula fundifixa, pauca*, angegeben, was jedenfalls für unsere, nun angenommene Gattung *Alocasia* spricht, der jedoch durchaus nur *baccae rubrae, majusculae*, entsprechen.

Loureiro's *Arum Indicum* soll aber, wie schon oben angeführt wurde, durch „*Spatha parva . . . . baccae pallidae parvae*“ ausgezeichnet, sein. — *Alocasia Indica, macrorrhiza, commutata* und *navicularis*, die alle (in Gärten wenigstens) mit theilweiser Benennung „*Arum Indicum*“ versehen worden waren, müssen jedenfalls, weil rothbeerige Arten in Hinkunft dieses missbrauchten Namens entledigt werden, indem nur das ebenfalls, jedoch wunderbar genug, selten so genannte *Caladium giganteum* Blume, allein auf diese frühere Benennung Anspruch zu machen berechtigt sein möchte. Denn in dieser Aroidea, der wir, der abweichenden Kolben-, Blüten- und Fruchteinrichtung wegen den generischen Namen *Leucocasia* beigelegt haben, finden sich die Angaben Loureiro's vollkommen bestätigt. Die *Spatha* ist hier nicht nur im Verhältniss zur Pflanze, sondern absolut klein; die *Baccae* sind „*pallidae*“, da sie weisslich sind, sie sind „*parvae*“, da sie in Vielzahl auf das Gedrängteste an einander gereiht sind.

Man könnte allenfalls entgegen, dass nach Loureiro die „*baccae subrotundae*“, wie bei dessen *Arum macrorrhizon* sein müssen, was bei *Leucocasia*, eben der gedrängten Stellung wegen nicht vorkommt, allein es ist wohl mehr als glaublich, dass das Merkmal der *baccae subrotundae*, nach blosser Anblicke der Gesamtfucht hingestellt wurde, wo dann allerdings de vertice, die *baccae subrotundae* erscheinen.

Wenn wir demnach *Leucocasia gigantea* S., d. i. *Caladium giganteum* Blume, *Colocasia Indica* Hort. pro parte, *Colocasia pruinipes* Koch oder *Alocasia Indica* S. olim, pro parte künftig *Leucocasia Indica*, Roxburgh's *Arum Indicum* aber *Alocasia Indica* benennen würden, hätten wir den strikten Anforderungen der Chronologen allerdings entsprochen, obgleich der Wissenschaft, wie uns scheint, kein besonderer Vortheil dadurch erwüchse.

Schönbrunn, 3. Mai 1859.

Schott.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Bonplandia - Zeitschrift für die gesammte Botanik](#)

Jahr/Year: 1859

Band/Volume: [7](#)

Autor(en)/Author(s): Hasskarl J. K.

Artikel/Article: [Hortus bogoriensis descriptus 170-183](#)